



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

52. Fer. 4. De Immisericordia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

patione vitiorum sequi debet: *Amor Sanctus impatientiam non habet*, inquit D. Hieron. ad Damasum.

MEDITATIO LII.

Feria 4. Dom. 6. Epiph.

De Immisericordia.

Vldebo non minus periculosum scopulū perfectorum immisericordiam. Petam eam intelligere, & evitare.

Conf. 1. Quomodo etiam oriatur immisericordia, quā nesciunt alienis necessitatibus condolere, & solent ob defectum admissum ā proximo magnas tragœdias excitare. Hoc laborare solent, qui perpetuó sani fuerunt, & qui semper à Prælati dilecti & magni habiti, nunquam locum infimum tenuerunt: & qui à pueritia pacatè viventes passionum effrenationem ignorârunt: qui nimis zelosi, ut S. Carpus, cui Christus apparens flagellatus aiebat: *Percute me ipsum, non reum illum penitentem.*

Conf. 2. Quomodo his Deus mederi soleat ariditate cordis, aegritudinibus infamibus, & manifestis casibus eos castigando.

Conf. 3. A misericordia remedium periculi contra ejusmodi Deo odibilem, proximo noxiam immisericordiam, exemplo D. Iesu, qui non venit animas perdere, sed salvare,

84 *Feria 5. Dom. 6. Epiph.*

cujus acta me imitari convenit, si sum Christi spiritu repletus.

MEDITATIO LIII.

Feria. 5. Domin. 6. Epiph.

De corporis aegritudinibus, & persecutionibus

Aspiciam adhuc duos scopulos perfectorum. Peram eos intelligere, & evadere.

Conf. 1. Quomodo tententur iidem perfecti corporis aegritudinibus: Ut qui jam in arce, scilicet mente mirabilem tranquillitatem sentiunt, saltem in suburbijis ad majus meritum doloribus exerceantur. Hujus tentationis optimum remedium est molestias a Domino immittas cognoscere.

Conf. 2. Quomodo iidem tententur insuper malorum persecutionibus, quarum daemones auctores sunt: imò & justis interdum falsam opinionem deceptis iidem daemones utuntur ad vexandos perfectos. Huic tentationi resistendum est armis patientiae, & longanimitatis, & absconsiōne sub petra divinae protectionis. *Colloq.* de more, ut cum caeco illuminer, qui beneficium per caecitatem accepit, per hanc enim oculis interioribus respexit.

MEDITATIO LIV.

Feria 6. Dom. 6. Epiph.

De Desolatione.

Aspi.